



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 120. Ludovicus XII. ad sua studia Cæsarem pertrahere molitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Cremonam, Bresciam, & Bergomum Sæcul. XVI.
adjungere, animo constituit.

A. C. 1501.

§. CXX.

*Ludovicus XII. ad sua studia Cœsa-
rem pertrahere molitus.*

Verum ad exequenda hæc confilia,
foedus cum Maximiliano Imperato-
re pacisci, omnino necessitas suadebat;
ab eo enim Mediolanensis Ducatus in-
augurationem obtinere debebat, quam
tamen Cæsar vario obtentu denegare co-
nabatur: Ludovicus igitur Maximilia-
num sibi conciliare, omni ope & opera
adlaborat; verum haud exigua obsta-
bant impedimenta, quæ haud felicius
superari posse arbitrabatur Cardinalis de
Ambasia, quam si ipsus rei gerendæ ne-
gotium in se fusciperet, spe tumidus, se
obeunte Alexandro VI. Papatus digni-
tatem aucupaturum. Ergo Archiducem
supplex accedit, ut sibi in Tridentina
urbe cum Maximiliano Patre ejus collo-
quendi copiam impetraret; hæc enim
civitas Mediolanensem Ducatum, ac
hæreditarias Austriacæ Domus Previn-
cias interfecat.

§. CXXI.